Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1629

Quelle:
Copyright:

taphyſ. Phyſic. de Coelo et Mundo, de Generatione et Corrupt. de Anima, de Senſu et Senſato, de Memoria et Reminiſcentia, de Somno et Vigilia &c. citatis etiam *Averrois* et *Themiſtii* Commentariis. Item Excerpta *Senecae*, *Boethii*, *Platonis*, *Apuleji*, et ad calcem: *Iſte liber nuncupatur flores philoſophye.* Ejusmodi Flores ſive *Auctoritates* non ſemel ſub Typographiae primordia prelo proditae ſunt.

Joh. Alex. Braſſicanus ICtus noſter, a quo ad *Joh. Fabrum* Codex iſte devolutus eſt, cum in aditu, tum *fol.* 96. 132. et 133. quaedam de *Cyrillo* adnotavit partim *Anaſtaſii Bibliothecarii*, partim ſua, e quibus tamen hodie parum proficias.

DCLXXXIX.

R. 3149 Codex membraneus germ. Sec. XIV. Folior. 70. 4. min. charactere atro luculento perſcriptus, coloribus illuſtratus et quondam Collegii Canon. Regular. ad S. *Dorotheam*, cui donaverat *die edel fraw Barbara Schewrbekchin vnſer ſweſter*, continet Myſtica quaedam M. *Echardi*, *Eccardi*, *Eckharti*, *Aicardi* O. P. (addit *Trithemius n.* 537. ut quidam volunt) variis Scriptis celebris, e quibus excerpti Articuli damnati ſunt a *Johanne* XXII. a. 1319. et ab Academia *Heidelberg.* a. 1430. ut videre eſt apud *Trithem. cit.* et in *Annalib. Eccl. Odor. Raynaldi* T. XV. item in *Scriptt. O. Praed.* T. I. p. 507. quos tamen ante mortem in *Auſtria* intra a. 1309—19. obitam revocavit. Enumerat Scripta illius *Trithemius*, quae tamen hic vernacula habentur, in ejus cenſum non venere; fieri vero poteſt, ut habeantur in Edit. *Sermonum germ. Joh. Tauleri* alterius famoſi ex eodem Ordine Myſtici *Eccardo* multum adfecti *Baſileae* 1521. f. quam recenſet *Freytagius* T. II. *Adparat. lit.* p. 1085. et *J. Jac. Beck* in *Diſput. de Joan. Tauleri Dictione vernacula et myſtica. Argent.* 1786. 4. teſtaturque, in ea *Eccardi* varia *Tauleriauis* addita, quin immixta eſſe. At vero Editio illa ad manum mihi non eſt. Supereſt igitur, ut in Codice praeſenti contenta indicem. Inſcriptio miniata eſt: *In dem namen gotes vnd ſeyner muter marien. hebt ſich an daz buch daz da geſchriben hat ein ſchuler der haiſt iohan. der edelen prawen ver gedraphten, Daz ſint di predige di da gemacht hat bruder Echart eyn maiſter von paris.* 1) Sermo in illud: *Virtutes celorum mouebuntur*, quo docetur Deus cum toto coelo immigrare in piam Animam. Initium: *Dyſe wort ſpricht vnſer herre in dem ewangelio. Vnd beduten ſich alſo. Di crefte der himel werden ſich bewegen* &c. 2) Dialogus brevis inter Magiſtrum et Diſcipulum de Signis Hominis divini. *Eyn lere wi man muge erkennen den gotlichen menſchen.* Initium: *Ez vraget ein iunger ſynen maiſter in der ſchul der gotheit* &c. 3) Qua ratione Pater, Filius et Spiritus ſ. trahant Animam. *Der*